



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Ad Quæst. XXX. Addtio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

audendum præsumitur posterior, quamvis eadem die præsentata fuisset. *Abbil. dec. 37. de appellat. Seraph. decif. 1115. numero 1. Rot. in recent. decif. 487. numero 2. part. 2. decif. 467. num. 2. par. 3.* Cumque inhibitiō sit evidenter nulla ex defectu jurisdictionis, quæ sicuti Episcopus caret in admittendo Doctores ad respondendum, caret consecutivè in inhibendo ne admittantur. *Surd. Consil. 424. numero 46. post Boer. conf. 85. numero 20. vers. ergò lib. 2. quem sequitur Lautellor. de attent. par. 2. cap. 29. numero 29. potuit impunè contemni. Surd. dicto 13. consil. 424. numero 44. Gras. discept. 17. sub numero 3. Rot. in Romana pecuniaria coram Plato impress. apud Marches. de commiss. par. 3. fol. 43. num. 1. & 2.*

Ideoque neque contra Gabrielem Ochocki ex capite contraventionis ejusdem inhibitionis ferri debuit excommunicationis sententia, ut respondit *Rot. inter recent. decif. 318. numero 1. part. 1. decif. 625. numero 4. par. 4. & in aliis relatis à modern. Perus. de manu. observ. 103. numero 23. & nuperimè in Bartholomæi jurisdictionis. 5. Julii 1649. §. tum etiam coram me.*

Et ita decilum informante solum Stanislao, parte adversa citata per contradictas.

Ad QUÆST. XXX. Additio.

Familiares exemptorum ita demum exemptos esse, si perpetui sint, tenuit originaliter *Archidiaconus in cap. 2. 11. quæst. 1. & in C. Ecclesiarum servos. 12. quæst. 2. & eum sequitur Abb. in cap. nullus, numero 6. & ibi Felin. numero 7. de foro compet. & horum sententiam communem dicit Capic. decif. 12. num. 2. in fine & Clarus in praxi crim. quæst. 35. vers. quæro nunquid; Speciale tamen est in familia Episcopi, per text. in cap. fin. §. patet de offic. Archid. Ubi quamvis Archidiaconus aliique Prælati inferiores de consuetudine obtinissent, ut Diœcesani alicujus loci prius conveniantur coram ipsis, quàm coram Officiali Archiepiscopi, nihilominus familiares Episcopi excipiuntur. Item speciale est in casu, quo exemptus non posset commodè uti suo privilegio, nisi simul includeretur famulus, tunc enim comprehenditur etiam temporalis minister mercede conductus. *Felin. in d. cap. nullus, num. 2. de foro compet. Fagnan. ibidem num. 22. in fin. Menoch. de arbitrar. casu. 562. num. 11.**

De Familiaribus Papæ dubium esse non potest, præcipuè cum ipsum Concilium Tridentinum etiam Familiaribus Cardinalium præservet suas exemptiones, præterquam ratione beneficiorum, quæ alibi obtinent. *Cap. 11. sess. 24. de reformat. neccellaria tamen sunt duo adhuc, ut quis verus familiaris dicatur, videlicet ut actuali*

actuali servitio Papæ vel Cardinalis insistat, & ut expensis illius vivat. DD. in
cum nobis de verb. signific. in 6. & Concil. Trident. cap. 5. sess. 14. Quamvis ad effe-
 ctum reservationis, & Regularium Cancellariæ sufficiat etiam honoraria fun-
 damentalitas, ut latè dictum fuit in *Rosa decis. 174. à num. 7. & seq. part. 2. recent. vol.*
plenus Fagnan. in cap. ex parte, num. 34. & seq. de privileg.

Exemptiones autem familiarium & ministerialium Principis ad terminos. L.
 subcularios C. de Præpos. sac. cubic. lib. 12. eleganter explicant, duæ sequentes de-
 cisiones.

DECISIO L.

Marescallus Sacræ Religionis S. Joannis Hierosoly-
 mitani an possit præventivè cognoscere, & com-
 ponere pacem inter familias Magni Magistri,
 & coram quo isti familiares debeant conveniri.

R. P. D. PIROVANO.

Melevitana præminentiarum.

Decisio 297.

par. 5. recent.

Veneris 18. Maji 1629.

SUMMARIUM.

- | | |
|--|---|
| 1 Ad tribuni militum officium spectat
audire militum querelas. | 4 Familiares Principis non conveni-
entur coram Tribuno militum, sed
coram Siniscalco, seu magistro do-
mus, & num. 6. |
| 2 Aëlus componendi rixas inter mil-
ites & aëlus jurisdictionis. | 5 Idem etiam determinatur de Depensis
sacro ministerio. |
| 3 Iuris assistentiam qui habet pro se,
dicitur habere intentionem funda-
mentum. | 7, Fami- |